

*NvK an Ks. Friedrich III. Er berichtet vom Verlauf des heutigen Gerichtstages gegen Hz. Sigismund und übersendet ihm ein Breve des Papstes, der um Unterstützung bei der Übernahme der geistlichen und weltlichen Administration der Brixner Kirche bittet. NvK ersucht um Zustimmung. Da der Papst Hz. Sigismund demnächst die Hochstiftsleben entziehen werde, solle der Kaiser nun seine Entscheidung zu einem früheren diesbezüglichen Vorschlag des NvK bekannt geben.*

*Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, StiB, Cod. Cus. 221 p. 125. Über dem Text: Serenissimo domino imperatori.*

*Erw.: Jäger, Streit II 87; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 399.*

Serenissime ac graciosissime domine. Post humilimam mei commendacionem et promptissimam ad omne servicium oblacionem. Hodie fuit statuta dies domino duci Sigismundo ad personaliter cum satellitibus comparendum. Non comparuit, sed misit doctorem suum Laurencium Blomnaw<sup>1)</sup> ad insinuandum appellacionem, qui, cum non haberet aliud sufficiens mandatum, non fuit admissus ad aliquid dicendum. Sic d. dux Sigismundus in valvis maioris ecclesie per duos episcopos vocatus et non comparens iterum per edictum vocatur ad audiendum die veneris proxima (8. August 1460) declaracionem<sup>2)</sup>, scilicet quod ipse et satellites inciderunt in penas iuris c. ,Felicis<sup>3)</sup> et Cle. ,Si quis<sup>4)</sup>, de penis. Deo teste doleo, quod non ducitur saniori consilio. Sanctissimus d. noster ad se advocavit administracionem spiritualium et temporalium ecclesie 10 Brixinensis ad beneplacitum apostolice sedis et scribit maiestati vestre breve, quod mitto.<sup>5)</sup>

Supplico, quatenus celsitudo vestra se reddat in hoc prompta, cum desiderium s. d. n. sit honestum, et det commissionum litteras nuncio presencium, ut capitaneo in Ortenburg<sup>6)</sup> et aliis castellanis assignat, ne s. d. n. per ducem Sigismundum despiciatur. Iam 15 dudum avisavi serenitatem vestram de feudis, que habet dux Sigismundus et per sententiam apostolicam privabitur de proximo. Faciat igitur serenitas vestra, sicud deliberauit, et cicias per aliquem suam dignetur voluntatem intimare s. d. n.<sup>7)</sup> Iubeat michi maiestas vestra uti fideli servulo et capellano suo, qui cottidie affert sacrificium pro incolumitate serenitatis vestre et conthorialis nobilissime.<sup>8)</sup> Utinam deo acceptum. 20

Ex Senis iiiii augusti 1460.

<sup>1)</sup> Lorenz Blumenau, Gesandter Hz. Sigismunds. Zu seinem Aufreten in Siena s.u. Nr. 6277.

<sup>2)</sup> Am gleichen Tag war das Monitorium vom 19. Mai 1460 ausgelassen. Der Papst hatte daraufhin die Frist des Monitoriums bis zum 8. August 1460 verlängert; Kopie (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 506 f. 3<sup>r</sup>; BERNKASTEL-KUES, StiB, Cod. Cus. 221 p. 127f. NvK wird in der Urkunde nicht erwähnt.

<sup>3)</sup> VI 5.9.5 (Felicis), ed. Friedberg II 1091f.

<sup>4)</sup> Clem. 5.8.1 (Si quis suadente), ed. Friedberg II 1187f.

<sup>5)</sup> S.o. Nr. 6271 (1460 Juli 31).

<sup>6)</sup> Georg II. von Kraig, Hauptmann zu Ortenburg.

<sup>7)</sup> Zum Plan der Lebensübertragung an den Kaiser s. zuletzt oben Nr. 6265 Z. 36-39. Der Plan hatte bereits um 1458 Gestalt angenommen; s.o. Nr. 5473. Erst durch die Formulierung in Nr. 6275 (iam dudum avisavi) wird deutlich, dass NvK beim Kaiser bereits vor längerer Zeit diesbezüglich angefragt hatte.

<sup>8)</sup> Kaiserin Eleonore von Portugal, Ehefrau Friedrichs III.